



Halle



30

1731, 25

FACULTATIS JURIDICÆ

P. T.

DECANVS,

ERNESTVS TENZELL,

JCTVS,

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS RE-
GIMINIS, JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIEN-
SIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIVS.

L. B. S.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typog.




FACULTATIS JURIDICAE
DECANVS
ERNESTVS TENNELL

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS
HECTORIS MONTMARTINI CONSILIARIVS RE-
GIMINIS IUDICIS PROVICIATIS PARSORDIEN-
SIS ASSessor, AC POTEUS CIVITATIS
CONSIL. PRIMARIVS.

A. B. S.

ERRATA
Typis JOH. CHRISTOPHORI HENNINGII
Acad. Typogr. in Halle
1774





MUndum regi opinionibus, in proverbium ferè abiit. Sint alii solliciti, de iis quæ ad Aram pertinent: Nobis nunc de Jurisprudencia sermo est; De hac non satis benè sentiit Cicero dum pro Murena ait: *Scientiam Juris, totam propè rebus fictis, commentitiisque constare.* Qua in re an acuram tetigerit, non sine ratione dubitare licebit. Cum enim in Jurisprudencia, quatenus in qualibet Republica Civium actiones dirigit, præ aliis veritas haberi possit, dum quæ Princeps statuit, ut leges sint, determinationem certissimam omnia dubia excludentem, habeant, opiniones & commenta in Jurisprudencia exulare, videri omnino poterat. Sicuti enim duo sint principia actionum humanarum, intellectus scil. & voluntas: ita intellectus Civium, per Legis promulgationem aut tacitum etiam Principis Consensum informatur, voluntas verò voluntati Legislatoris subest, sola parendi gloria subditis relicta. Cum igitur, in eligendis actionibus ope intellectus ante omnia

) 2

ex

ex unâ parte objectum actionis, ex alterâ alia circumstantia ponderandâ veniant, quas si quis propius contempletur, ita ut naturam ipsius plane assequatur, nascatur Veritas in cognoscendo, quæ consistit in conformitate intellectus cum re, necesse est; Sed si dubius sit de suâ cognitione intellectus, & objecto cognito, adhærens quidem, sed sine certitudinis determinatione, oritur opinio, quæ in hoc consistit, ut res vera quidem videatur esse, eandem tamen & falsam esse posse putemus. Ac proinde objectum ejus probabile, h. e. quod speciem aliquam veritatis intellectus possit objicere, s. respectu ipsarum rerum possibile. Aliter adhuc non solum in cognoscenda objecti natura deviare intellectum videas, sed etiam aliter atque est, rem concipere: Et inde error oritur. Et quamvis adhuc detur discrimen inter ignorantiam, & errorem, vid. HAHN. ad WESENB. *Tr. de J. & F. ignor. n. 1. Can. 1. § II. dist. 38.* illud tamen in jure sapius non attenditur *l. 1. §. 1. ff. de condict. indeb. j. 1. 33. de R. J. l. 2. 4. 8. de J. & F. ign.* Cum igitur in Jurisprudentia omnium optime ita veritas vel habeatur, vel certe haberi possit; undè tot, tantæque de innumeris opinionibus, querelæ originem & quidem haud immeritò, trahant? mirum certè videri posset. Et quidem ab antiquissimis temporibus opiniones in Jurisprudentia regnare cœperunt. Sic enim jam à temporibus *LL. XII. tabb.* non deerant præterea ingenia quæ ad excolendam Juris scientiam laudabili cupiditate ferebantur, ita ut ex eo in suas paulatini porrigeretur regiones, donec proveccto tempore, in eam excreverit molem, ut magnitudine tandem suâ laborare cœperit. Inter prima ejus incrementa erant fori disputationes

tionem quas ipsas diffidia intercessisse non pauca, vix erit qui neget. Post secuta media Jurisprudencia ad tempora usque Imperatorum Romanorum. Hic diversa Juristorum secta ortæ, de quibus POMPONIVS in L. 2. §. 47. ff. de O. & quod primi fuerint *Atrejus Capito*, & *Antistius Labeo*, meminuit, qui tempore Augusti Imperat. vixerunt, quorum ille Sabinianæ, hic verò Proculejanæ Scholæ autor fuit. Qui Labeonem inter & Capitonem dissensus maximam partem inde orti videntur, quod ingenio erant dissimillimo. Labeo quidem vitæ severæ, ad Strictam austeritatem composita, Capito autem Principum auræ velificatus, nimia adulatione, famam suam, nomenque descēdit. Habuit postea qualibet schola suos sectatores, qui ulterius semen harum dissensionum propagarunt, quarum non pauca in Jure Justiniano invenire licet vestigia. Sed & sequentia tempora alia & meliora fata vix habuerunt, imo nec hucusque habent, quin potius opinionum multitudo ita irrepserit, ut communes in foro prævaluerint, & cum hæc non minori dubio vacarent, cum communes contra communes prodierint, adeò ut licet pro certo habeamus, in quo communi opinione consensus est, tamen & hoc sua tandem involutum sit incertitudine. Hinc qui in foro versantur, latissimum ingenium exercendi campum nacti sunt, præsertim cum ut homines secundum naturam corruptam magis ad jurgia & rixas inclinant, quam ad concordiam & ad Pacem, præsertim spe lucri animos excitante ut uncis manibus indulgeant, licet forte causa satis justa non sit, vel ne videatur quidem; quas exactiones *Ludovicus Malvenda* non invenisse de aurata mendacia vocat. Quæ quidem in Republi-

ca admodum frequentia mala, quæ omnes boni detestantur, & lites execrantur, à casuum infinitâ multitudine, cum leges ita, ut omnes casus comprehendant, scribi non possint, originem trahunt. Quin tamen à summâ potestate Legislatoria, opiniones, tanquam nebula à sole, dissipari possint, Legibus à summâ potestate constitutis, ipsam veritatem efficientibus, dubio caret. Cæterum, quæ circa venditionem pignorum à debitoribus suscipiendam obtineant, in Lectione Cursoria, ad

L. Quando i. C. debitorem vendit. pign. impedire non posse
explicabit,

NOBILIS ET CLARISSIMVS JURIS CANDIDATVS

DOMINVS

JOHANNES EHRENFRIED
BLOCHMANN,

Nativitatem suam hic debet Hexapolitanae Lusatorum Urbi Laubæ: ab Anno MDCCVI. die XX. Mensis Maji. Parentes veneratur, Dn. JOHANNEM SIGISMUNDVM BLOCHMANNVM, Mercatorem, ac Reipubl. Laubæ Senatorem. Et ANNAM MARTHAM, jam pridem defuncti DAVIDIS SCHÜZII, Senioris inter Laniones, Filiam. Hi Parentes, optimi sui in educanda sobole officii, memores, hõc statim à teneris, per privatos Præceptores, functi sunt. Postea verò paulò maturior ætate, LYCÆO Laubæ florenti traditus, ab ore & dexteritate Virorum Celeberr. pependit Dominorum scil. M. GUMBRECHTI, Rectoris longè meritissimi, M.

BOETT-

BOETNERI, Conrectoris, M. FRIEDERICI, Collegæ
tertii, nunc Pastoris Wiefensis, & TORNAVII, Cantor-
ris, & Collegæ IV. Anno MDCCXXIV. in alma Li-
psienfi Universitate, à Rectore Magnifico Dn. D. MI-
CHAELI ERNESTO ETHMÜLLERO, Physiol. P. P. in
album Studiosorum relatus est. Anno MDCCVII. fre-
quentare Collegia ibidem cœpit, initium a studio Philoso-
phico sub ductu D. KORTII, Prof. Jur. Extraord. faciens.
Posteâ se totum Jurisprudentiæ studio mancipavit ac JC-
torum Celeberrimorum, Illustris Dn. GRIBNERI, Fac.
Jur. Ordin. &c. Dnorum DD. & resp. PP. RECHEN-
BERGII, MASCOVII, DÜNKLERI, BAVERI, KÆST-
NERI, PETERMANNI, Collegia tam publica quam pri-
vata magno cum ardore frequentavit. Nec oblivioni tra-
didit Dn. D. SIGELI, Practici apud Lipsienses famigera-
tissimi, insignem ac singularem, quo ipsum excepit af-
fectum ac favorem, quem gratissima agnoscit mente, &
ulterius impostero venerari non desinet. Ut vero quos
Studiorum suorum fecerit profectus ostenderet, specimi-
na consueta editurus, à Nostra Facultate, ut ad examen
rigorosum admitteretur, petiit. Transmisimus hoc sine
ex utroque Jure Canon. scil. & Civili textus initio examinis
explicandos, terminumque ad hoc eidem statuimus.
Cum itaque talem in jure ostenderit scientiam, ut omni-
um Consensu dignus judicatus fuerit, cui janua ad ulte-
riora specimina aperiatur. Ad Lectionem Dn. Cand.
Cursoriam ad

*L. Quando r. C. Debit. Vendit. pign. impedire
non posse*


& eâ finitâ ad Disputationem Inauguralem

DE

DE DIFFERENTIA ET CONVENIENTIA
INTER OBLIGATIONEM AD CARCE-
RES ET LITERAS CAMBIALES,

Vom Unterscheid und Gleichförmigkeit einer
Verschreibung zum Gehorsam/ und
Wechsel-Briefs.

in Auditorio Jctorum Majori A. D. N. habendas proxi-
mus dies Martis, 3. April. destinatus est. Invitantur igitur
ad Actus hosce solennes ea qua par est reverentia ac
humanitate, Reverendiss. Universitatis Nostræ Dominus
Rector Magnificus, reliquique Domini Proceres ac Ci-
ves. Publicatum Die Domin. Quasimodogeniti 1. April.
Anno M DCC XXXI. sub Sigillo Fac. Jur.



ULB Halle


3


005 367 751



VD 78







30

1791, 25

FACULTATIS JURIDICÆ
P. T.
DECANVS,
ERNESTVS TENZELL,
JCVS,

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS RE-
GIMINIS, JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIEN-
SIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIVS.

L. B. S.

ERFORDIÆ,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typog.

